



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 4. Extrema Turcarum clades

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

longiusque in hostium cuneos abripere- Sæcul. XV.
 tur, trucidatus occubuit, ipso Sultano A.C. 1456.
 proxime inspectante, mortemque sui Bel-
 liducis immodico dolore, ac ferme ad de-
 sperationem usque deplorante. Maho-
 metes ipsemet in crure vulnus accepit,
 quod tamen haud lethale existimans, co-
 piis suis imperia dare, & ipse dimicare
 non cessavit.

§. IV.

Extrema Turcarum clades.

Certe tanta intrepidi animi virtus Ma Naucer.
 hometi victoriæ palmam asseruisset, ibid. p. 480.
 nisi Janissari præcipiti fuga, totoque pe-
 dum studio sese ex prælio recepissent. E-
 quidem Mahometes omnem impendit o-
 peram, ut fugitivos in officio contineret,
 sed irrito prorsus conatu; quippe illi tam
 precibus, quam minis surdas præbuerunt
 aures, quapropter obsidionem solvere
 coactus est, desideratis suorum plusquam
 quadraginta millibus.

Ladislaus Hungariæ Rex, cum tantam
 victoriam sibi polliceri minime auderet,
 quinimo Christianorum vires potentissimis
 Turcarum copiis resistendo impares cen-
 feret, sub venationis obtentu Viennam tan-
 ta festinatione sese receperat, ut accepto
 etiam prosperi hujus prælii nuntio, diffi-

G g 3

dentlæ

Sæcul. XV. dentiaæ suæ errorem nondum corrigere
 A.C. 1456. posset.

§. V.

*Invidiosa æmulatio inter Joannem
 Capistranum & Huniadem.*

*Æn. Sylv.
 loc. cit.*

*Spond. hoc
 ann. num. 3.*

Æque Joannes Capistranus, quam Huniades summum Pontificem, atque Imperatorem datis literis de fausto sacri hujus belli successu certiores reddiderunt; cum vero uterque sibi soli partæ victoriæ laudem attribueret, inter eos æmulationis certamen exortum est: Inane prorsus gloriæ studium utroque Viro indignum, quamvis ceteroquin quilibet eorum ob præclaras dotes pari laude celebratissimus esset; quippe pro sua parte Capistranus suis precibus & adhortationibus, Huniades vero manu, fortitudine, atque prudentia plurimum ad hanc victoriam conferebant, certe ampliori adhuc præconio dignissimi, si quisque gloriæ sibi debitæ limites non excessisset.

§. VI.

*Festivitas transfigurationis Domini
 solemniter celebrata.*

Cum Mahometes Belgradensi obsidioni finem imponere coactus esset sexta Aprilis, (*) qua die jam a pluribus
 retro

(*) Verius ex S. Antonino, & Naclero tenemus;